

www.e-rara.ch

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

Valerius, Cornelius

Antverpiae, 1574

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De locis status coniecturalis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

qua manifesta est, & quaestioni fidem facit, ἀπὸν seu ratio nominatur : altera qua controuersa est, & cui probando ratio adhibetur, κενώμενον Græcè, Latinè iudicatio vocatur.

De locis status coniecturalis.

STATVS coniecturalis duo sunt loci : Voluntas & facultas, qui suspicionem probant, docentq; & voluisse & potuisse eum qui accusatur, argumentis à circumstantiis personarum & rerum ductis. Voluntas qualitatem persona, & causam inducentem ad suscipiendum facinus complectitur. Huius causa loci duo sunt: Impulsio & Ratiocinatio. Ad Impulsionem pertinent affectus temerario impetu ad maleficium excitantes, velut, ira, odium, amor, violentia. Ut si dicatur Clodius odisse Milonem, & ob id extinctum voluisse, argumentum ab efficiente causa ductum est. Hic illa diligenter spectanda sunt, persona, natio, vita integra aut corrupta, studia, natura, affectio animi, habitus corporis, fortuna, & reliqui loci personis attributi. Ad Ratiocinationem referuntur, quaestus, premium, spes commodorum, honorum, &c. vel euitatio incommodorum, infamia, doloris, &c. Et hinc tamquam ex fine ducetur argumentum, si probeamus profuturum Clodio fuisse Milonis interitum: Ex quo probabile fit, Clodium insidias posuisse: si doceamus illud quoq; alij nemini id bono præterquam reo fuisse; aut alium neminem aequè perficere potuisse.

Contra defensor negabit fuisse causam, si poterit; sin minus, eam vehementer extenuabit. Deinde iniquum esse dicet, eos, ad quos emolumenti aliquid peruenire potuerit, in suspicionem maleficij

Voluntatem & facultatem dialectici causam efficientē & finem appellant Coniectura petitur à circumstantiis.

Voluntatis loci.

Impulsio.

Ratiocinatio.

Facultatis loci
signa & circum-
stantiæ.
Signa.

Circumstantiæ.

Coniecturalis
vnde dicitur.
Vnde Infitialis.

Peculiares de-
fensoris loci.

Absolutio.

Inuersio.

vocari. Tum id aliis quoque bono fuisse, aut alios quoque facere potuisse. Facultatis loci sunt, signa & rerum circumstantiæ, quibus probatur suspicio. Signum est veluti dictum aut factum antecedens vel consequens, vel cum ipsa re coherens, quod nocentes sequi ferè solet; vt mina, sica deprehensa, titubatio, trepidatio, pallor, rubor, & similia signa, quæ sæpè nocentes produunt. A signo antecedente Cicero probat Clodium insidias posuisse, non Milonem; quod ille expeditus in equo profectus sit, hic in rheda cum vxore & liberis: & quod hunc ille triduo periturum dixerit. Circumstantiæ sunt, velut locus, tempus, occasio, spatium, spes perficiendi, & calandi, modus, instrumenta, vires. Status coniecturalis dicitur etiam infitialis: coniecturalis quidem ab accusatore, quod is factum quibusdam coniecturis probet: à defensore verò infitialis, quod is infitietur & neget. Inficiationis autem idem sunt loci, qui confirmationis. Hic enim defensor singula accusatoris argumenta, quoad poterit, infirmabit, & vel voluisse, vel potuisse negabit, quod non eo sit ingenio, non ea animi impotentia, non iis viribus aut opibus. Et quoniam de signis contenditur vel confirmandis, vel infirmandis, duo peculiare defensoris loci traduntur ad contrariam signorum interpretationem: Absolutio & Inuersio. Absolutio est, per quam signum vel causam contra nos allatam diluimus, & longè aliter atq; aduersarius interpretamur. Verbi causa: Occidisti, quia sepelisti. Sepelij quidem, non vt factum calarem; sed vt à ferarum laniatu miserum & derelictum defenderem. Inuersio signum inuertit, & quod contra nos est obiectum, pro nobis facere docet: vt, Sepelisti,